



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

De Novem Titvlis iuste possessionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## M V R N E R I.

nudis uerbis, & non probatā ualuis ecclesiæ Badensis affixi disputandā, latino & germano sermone, propriæ manus subscriptione, retenta probatione, cum Zwinglio eandem tractaturus, hic aut quia fuga sibi turpi consuluit, utpote qui sua furta, rapinas, incendia, uirtute & doctrina suæ mendacis, famosæ, improbæ, & falsæ fidei uero tueri non potuit, meæ principalis conclusionis, & aliarum quadraginta elicitarum probationes inserui his actis, & quod delituit partim in facie legali deduxi, ut semel nostri gratiosi domini duodecim cantonum Heluetiorum, uel manibus contractent, quibus tamen ex causis Ulrichum Zwinglium Thuregionæ tyrannū, cum omnibus sibi factis adherentibus, pro mendacibus, famosis, periuris, criminosis, improbis & inhonestis hominibus, furibus, sacrilegis, raptoribus, licitorum æqualibus nebulonibus nequam habeam & teneo, quorum quislibet probus & honestus erubescere debet, eosque ut infames uitare.

### DE NOUEM TITVLIS

iuste possessionis.

Ad magnam iniustitiam euangelicorum furum ostendendam, prius de nouem titulis iuste possessionis nostræ & ecclesiæ bonorum mentionem faciam, post hac dicturus quibus titulis euangelici nebulones eiusmodi nostra a nobis ablata bona possideant, sibi nonquiseruat.

Primus iuste possessionis titulus in iure possessio nominat. Secundus, dominiū siue proprietas. Tertius, ex sententia siue re iudicata. Quartus, ex hereditate. Quintus, ex legato. Sextus, ex donatione. Septimus, ex empto uel censu uel redditibus &c. Octauus, ex testamentorum uigore. Nonus, ex contractibus iuris gentium, de quibus per ordinem dicemus.

Ex supra memorata principali & generali conclusione, quadraginta speciales extraxi & elicui, easque publice in ecclesia Badensi, coram nostris gratiosis dominis nuntijs consulum duodecim cantonum ex sexto post eis præfesto legi,  
cum



A C T A

in quibus ego fategerā diuino auxilio Zwingliū cum omnibus sibi ex facto adherentibus infames siue famosos facere, quas cum earum probationibus enumerabo, primo de nouē supra memoratis iuste possessionis titulis,

DE FICTIS ET FVCATIS CAVSSIS,  
furādī rapiēdi & auferēdi bona ecclesiastica. Primo  
de priō titulo iuste possessiōis, quę dicit possessio.

Omnis fides quę suos fideles, omnis lex quę suos obseruatores, omnis religio quę suos deuotos, Omnis doctrina quę suos discipulos facit infames, legi diuinę, recte rationi, iurinatūrę & oīm gentiū est cōtraria, mendax reprobata atq; famosa.

Primo dico nos esse in nostrę fidei possessiōe, nostri Christiani honoris, iam plus annis mille quingentis, sæpe quidem ab hæreticis impugnati, sed semper diuina suā ecclesiā protegente clemētia perstetimus incolumes & inexpugnati, iustitia nobis suffragante. Hodie enim obseruāt (quum utriusq; interdicti possessori potestas æquata est) ut ille uincat possidendo, qui litis contestate tempore, nec uī, nec clam, neq; precario detinet Insti. de interdic. par. Hodie tamē. Cum igitur & ciuilibus & naturalis ratio id faciāt, ut alius possideat, & alius a possidente petat eo. par. Retinēdæ. Iustum hoc erit duplici ratione euangelicos fideles nouos a nobis petere.

Similibus & rationibus & causis in possessione sumus nostrorū mobiliū & immobiliū bonorū atq; fuimus legis cōtestate tempore a nemine impugnati, usq; ad hæc temporā euāgelica. In quo nos hī fures nō iuste quidē sed solo facto ut solēt, neq; uiri adorti sunt, & a nostra iusta & bonę fidei possessiōne deturbarunt, quam nobis possessiōne (ut supra est dictū) ambo interdicta. Vti possidetis & utrobi concedunt.

Quicumq; igitur absq; iustitia, sed sola uī, quemcunq; de sua possessione deijcit, ut faciunt euāgelici neq; fures & raptores hī notantur infamia, quia publicis iuditijs ex legibus in eos animad